






LIBRARY
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LET THERE BE LIGHT
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
ORGANIZED 1868
JANE K. SATHER
LIBRARY FUND.
Accession
Class

PALIMPSESTUS VINDOBONENSIS.


ANTIQVISSIMÆ VETERIS TESTAMENTI

TRANSLATIONIS LATINÆ FRAGMENTA

E CODICE RESCRIPTO ERUIT ET PRIMUM EDIDIT

JOHANNES BELSHEIM.

E COMMENTARIIS THEOLOGICIS (THEOLOGISK TIDSSKRIFT)
SEPARATIM EXPRESSA.





CHRISTIANIÆ.
SUMPTIBUS LIBRARÆ P. T. MALLINGI.
(G. KR. JOHS. PARMANN).
MDCCCLXXXV.

TYPIS MALLINGIANIS.

ʼ/ ((

Præfatio.

In copioso codicum manu scriptorum apparatu, quo instructa est bibliotheca Cæsarea Regia Palatina Vindobonensis, dignus est qui commemoretur codex latinus membranaceus, in 52 foliis aliqua ex parte laceratis scriptus, 23 cm altus, 18 cm latus, et in 6 quaterniones divisus. Possederat eum olim inclitum monasterium Bobbiense, deinde monasterium Sancti Johannis Neapolitanum, nunc, ut diximus, Vindobonam allatus est. In Catalogo novissimo codicum horum manu scriptorum Vindobonensium vol. I recensetur sub No. 17, in catalogo eorundem codicum a Stephano Endlichero 1836 edito vol. I signatus est No. 321. Continet autem, teste Endlichero:

1. Incerti fragmentum grammaticum de nomine et pronomine (fol. 11 a—14 a); 2. Incerti fragmentum grammaticum de verbo ad Severum (fol. 14 b—16 et fol. I—8 a); 3. Valerii Probi de nomine fragmentum (fol. 8 a—10 b); 4. Probi de octo orationis membris (fol. 17 a—49 b); 5. Fragmentum de nomine (fol. 49—52); atque hæc quidem omnia scriptura cursiva vel minuscula exarata sunt, sæculo, ut opinatur, nono.

Autumno 1884, quum mihi Vindobonæ commoranti copia data esset huius codicis examinandi, ad grammaticum illud argumentum, quod in „Analectis grammaticis" (pp. 127—184; 229—452) Vindobonæ 1837 a Josepho ab Eichenfeld et Stephano Endlichero editum est, nihil attendi. Sed in pluri-

mis foliis vestigia latent scripturæ antiquioris uncialis vel maiusculæ certe non post sæculum quintum scriptæ. In utroque catalogo supra dicto additur hanc scripturam fragmenta librorum Regum continere, nulla tamen adiuncta observatione de indole versionis, quam statim intellexi antehieronymianam esse. Domum reversus vidi quoque, hanc translationen editoribus „Analectorum grammaticorum" cognitam fuisse, et specimen unius columnæ (2 Sam. 11, 2—6) in præfatione libri ab iis editum esse.

Est igitur codex *palimpsestus* quem vocant seu *codex rescriptus.*

Quum tantummodo paululum adhuc librorum Samuelis Regumque ex antiquiore hac translatione latina cognitum sit[1]), vehementer optabam aliquid palimpsesti huius Vindobonensis legere, qui maiora horum librorum fragmenta ex eadem translatione continet. Sed, postquam periculo per plures horas frustra facto, vidi ad felicem eventum hac via perveniri non posse, ad microscopiam quam vocant confugi, cuius deinde ope adiutus, tandem, etsi non sine magna difficultate, assecutus sum, ut lectionem 51 paginarum scripturæ antiquioris absolverem. In ceteris paginis hæc scriptura antiquior ita abrasa est, ut nihil prorsus extricari possit. Scriptura quum antiquior tum recentior eandem habet directionem, in singulis paginis binas columnas complectens. Ex scriptura antiqua, quæ pulchra et

---

[1]) Adhuc librorum Samuelis et Regum ex hac translatione antiqua tantummodo hæc edita et cognita sunt: Canticum Hannæ (1 Sam. 2. 1—10) in „Bibliorum sacrorum latinæ versiones etc", quas edidit P. Sabatarius Remigii 1743 (ex codice aliquo Sangermanensi); duo fragmenta minima (1 Sam. 9, 1—5; 15, 10—18) edita a W. Schum in „Studien und Kritiken" anno 1876 ex duobus foliis e tegumentis librorum nonnullorum Quedlinburgiæ sumptis; denique duo fragmenta (2 Sam. 10, 18—11, 17; 14, 17—30) in duobus foliis ex tegumentis librorum aliquot Vindobonæ sumptis et ibidem in 120 exemplaribus edita XIV Cal. Decembris anno MDCCCLXXVII ad celebranda solemnia celeberr. doctoris Ernesti de Birk, Præfecti bibliothecæ Cæsareæ Regiæ Palatinæ propter feliciter peractum in bibliotheca XL annorum cyclum.

nitida est, 25—27 versus in unaquaque columna continentur. Specimen quatuor versuum hic additum est ex margine captum, ubi nihil scripturæ recentioris cursivæ reperitur.[1])

Folia codicis a me lecta et transcripta sunt: foll. 1 b a[2]), 2 a b, 3 a b, 4 b, 5 b a, 6 b a, 7 a, 8 a b, 9 a b, 10 a b, 13 a b, 14 a, 17 b, 18 b a, 20 b a, 21 b a, 23 b a, 24 b, 25 b a, 26 a b, 31 a b, 32 a b, 33 b, 34 b a, 35 b, 38 a, 39 b a, 40 a, 44 b a, 49 a[3]). In his paginis legi: *duo* fragmenta parva libri Geneseos (12,11—13, 14; 15,2—12)[4]); *sex* fragmenta libri Regum— Samuelis — primi (1, 14—2,15; 3, 10—4, 18; 6, 3—15; 9, 21—10, 7; 10, 16—11, 13; 14, 12—34); *quatuor* fragmenta libri secundi Regum — Samuelis — (4, 10 - 5, 25; 10, 13—11, 18; 13, 13—14, 4; 17, 12—18, 9); *quinque* fragmenta libri tertii (primi) Regum (11, 41—12, 11; 13, 19—28; 14, 6—15; 15, 34—16, 28; 18, 23—29); denique *septem* fragmenta parva libri quarti (secundi) Regum (6, 6—15; 10, 5—13; 10, 24—30; 13, 14—22; 15, 32—38; 17, 1—6; 17, 15—20). In his fragmentis folia, co-


---

1) Poterat hoc specimen melius esse, sed formam tamen et magnitudinem scripturæ satis demonstrat.

2) b ante a positum significat folia hæc a scriptore recentiore inverse posita fuisse ita, ut suprema membranæ ora deorsum verteretur.

3) Folia quæ propter scripturam plane erasam legi non possunt hæc sunt: 4 a, 7 b, 11 a b, 12 a b, 14 b, 15 a b, 16 a b, 17 a, 19 a b, 22 a b, 24 a, 27 a b, 28 a b, 29 a b, 30 a b, 33 a, 35 a, 36 a b, 37 a b, 38 a, 40 b, 41 a b, 42 a b, 43 a b, 45 a b, 46 a b, 47 a b, 48 a b, 49 b, 50 a b, 51 a b, 52 a b.

4) In duobus foliis. Codex ita saltem librum Geneseos quoque continuerat.



lumnæ et literæ, sicut in palimpsesto adsunt, accurate expressa sunt, nisi quod scriptura continua in verba separata dissoluta est.

Compendia scribendi non multa sunt, ex. gr. ds̄ et dn̄s pro deus et dominus cum mutationibus solitis in casibus obliquis (dī dō dm̄ dnī dmō dnm̄), interdum linea ‾ super litera vocali pro m aut n, b' pro syllaba -bus, q' pro que, Xp̄s pro Christus. Interdum spatium vacuum relictum est, sequente litera maiore; id ego apposito puncto notavi.

Ubi lectio mea dubia est — multis enim locis scriptura palimpsesti prorsus obscura est — cursivas literas posui.[1])

Translatio diligenter ad fidem versionis græcæ septuagintaviralis facta est præcipue in libris duobus Samuelis; in Regum enim libris plura propria sunt. In libro III (I) Regum plura inveniuntur additamenta, quæ in iis translationis septuagintaviralis editionibus, quas mihi inspicere licuit, non exstant, v. c. (fol. 24 b) in III (I) Reg. cap. 14 — ubi actio regis Rhoboam cum populo, consultatio eius cum senioribus et iunioribus et inconsideratum responsum eius cap. 12 non sine variationibus nonnullis reiteratur — et (fol. 20 a) in cap. 16 eiusdem libri, ubi textus translationis LXX turbatus esse mihi videtur. Sic in optimo codice Vaticano, ex quo pleræque editiones fluxerunt, primi versus 20 capituli decimi quarti omissi sunt.

In fragmentis libri Regum quarti (secundi) pericopæ plures omissæ sunt, ita in fol. 25a omnia ab 10, 30 usque ad 13, 14; in fol 32a omnia ab 15, 38 ad 17, 1; denique in fol. 32 b omnia ab 17, 6 ad 17, 15. Quæ aberrationes utrum inde ortæ sint, quod palimpsestus noster ex codice defecto transcriptus sit, an ex aliis causis profectæ, in incerto relinquendum est.

---

[1]) *Corrigenda:* Pag. 5b 2 legas: *similaginis*; p. 6b 16 leg. *hereditabat*; p. 13a 4 leg. *acceperunt;* p. 15b 7 leg. *accipies.*

Debebat fortasse princeps hæc horum fragmentorum editio habitu meliore prodire, textu adposito græco et adnotationibus uberioribus instructa; sed in regione parva nostra, ubi pauci sunt lectores eiusmodi librorum, satis difficile mihi fuit solum textum latinum edere.

In his fragmentis nomina sæpe vitiose et variis modis scripta sunt, ut elcana et helcana, eli et heli, ammon et hammon, abessalon et habessalon pl. Sicut in libris Veteris Testamenti plurimis extra Pentateuchum Philistæ (Philistim) פלשתים in translatione græca LXX translatum est *αλλοφυλοι*, ita in his fragmentis sæpissime *alienigenæ*, interdum *allofili*. t pro d sæpe scriptum est, ut davit et david, set et sed, at et ad; ae (non æ) semper scriptum est. Accusativus pro Ablativo et Ablativus pro accusativo sæpe legitur ex. gr. discede a faciem domini (1 Sam. 1, 14); deducet in inferno (2, 6); inter potentibus (2, 8); factum est profetam domini in omnem populum (3, 20); sedebat in sellam (4, 13); venerunt nuntii a civitatem (11, 9); fugit syrus a faciem davit (2 Sam. 10. 18); dormivit urias in portam (11, 9); cum uxorem (11, 11); essent athuc in viam (13, 30); quod in iracundiam instigasti (1 Reg. 13, 20); qui mortuus fuerit . . . in civitatem (16, 4); infirmitatus est infirmitatem (2 Reg. 13, 14) pl.

Verba antiqua et obsoleta sæpe inveniuntur: angaco, anco = *αγκων* (1 Sam. 2, 13. 14); asso = *αζω* (2, 15); coliphium = *κωληφιον* (9, 23) pl.

Hebraismi plures insunt v. c. abientes abierunt — *πορευομενοι επορευοντο* (1 Sam. 3, 21), qui hebraismus in additamento aliquo translationis LXX inest, non in textu masorethico, sed originem hebraicam certam habet; porro: tradens tradam — *παραδιδους παραδωσιν* — נתן אֶתֵּן (2 Sam. 5, 19); prodiens prodiam — *εξελθων εξελευσομαι* — יצא אֵצֵא (18,2); fugientes fugeramus — *φυγη φυγωμεν* — נוס נסנו (18,) pl.

Hæc fragmenta latina librorum Samuelis et Regum antehieronymiana nunc primum edita spero aliquid conferre posse tam ad textum translationis LXX inquirendum, quam ad historiam translationum Bibliorum sacrorum et lingvam latinam rusticam cognoscendam.

Restat, ut de egregia benevolentia testimonium edam, et a celeberr. doctore Ernesto de Birk, Equite, Præfecto bibliothecæ Cæsareæ Regiæ Palatinæ Vindobonensis, et a celeberr. doctore Alfredo Göldlin de Tiefenau, Scriptore eiusdem bibliothecæ, et a ceteris viris, quorum ibi ministerium est, in me collata, quæ quantum mihi ad hoc opus perficiendum attulerit adjumenti, verbis eloqui non possum. Hos igitur omnes rogatos volo, accipiant sinceram gratissimi animi mei affirmationem.

Christianiæ d. 21 mensis ianuarii anni MDCCCLXXXV.

J. Belsheim.

Genesis.

12, 17—20; 13, 1.

et afflixit dms
pharao afflicta-
tionibus magnis ·
et sáeuissimis et
omnem domum e-
ius propter saram
uxorem abram et uo-
cauit pharao abram
et dixit quare non
dixisti mihi quia uxor
tua est sed dixisti
mihi quia soror mea
est et ego sump-
seram mihi in uxorē
eam. Et ecce mulier
tua ante te est acci-
pe et recurre hinc.
Et praecepit pharao ui-
ris de abram ut comi-
tantes demitterent
eum et uxorem eius
et omnia quae ha-
buit. Et ascendit
abram de aegypto

13, 1—6.

ipse et uxor eius et
omnia illius et loth
cum eo in desertu
abram autem erat
locuples ualde pe-
coribus et argento
et auro et abierunt
inde uenientes in
desertum usque in
bethel ad locum
ubi fuerat taberna-
culum eius prius
inter bethel et aggei
in locum ubi initio
altare fecerat et
inuocauerat ibi
abram nomen dī.
et loth qui ambula-
uit cum abram ha-
buit oues et boues
et tabernacula
et non capiebat
illos terra cum
habitabant simul quia
multa habebant et neque-

Genesis

13, 6—10.

bant habitare simul
et facta est rixa in-
ter pastores peco-
rum abrae et pasto-
res pecorum loth
chananaei autem
et feretaei tunc in-
habitabant terram
dixit autem abram
at loth non sit rixa in-
ter me et te et non in-
ter pastores meos
et inter pastores
tuos quia uiri fra-
tres nos sumus ec-
ce omnes terra an-
te te est recede a me
si tu in sinistram
ego in dextram uel
si tu in dextram ego in si-
nistram. Et adleuans
oculos suos loth cir-
cumspexit omnem
regionem iordanis
quae omnis inrigaba-
tur priusquam euerte-
ret ds̄ sodomam et

13, 10—14.

gomorrham
sicut paradisus dī
et sicut terra aegyp-
tiorum usque uenias
in zogara in segor
et elegit sibi loth
omnem regionem
iordanis. Et profectus est
loth ab oriente et disces-
serunt quisque a fratre suo
abram autem commo-
ratus est in terra
chanaan. Et loth com-
moratus est ibi in ci-
uitate aput iordanen
et ascendit in terram
sodomam.
Homines autem qui
in sodom erant maligni
in conspectu dmī erant
ualde.
Et dixit dms̄ ds̄ ad
abraam postquam loth ab-
ierat ab illo.
. . . .
. . . .
. . . .

Genesis


15, 2—7.

hic damascus eliezer.
Et dixit abram
quoniam mihi non
dedisti semen uer-
naculus autem me-
us heres mihi erit
et continuo uox
facta est ad eum
dicens non erit
hic heres tuus sed
qui exiet de te hic
erit heres tuus
eduxit autem eum
foras et dixit ad eum a-
spice in coelum et
numera stellas si
poteris enumerare
eas et dixit ei sic
erit semen tuum et
credidit abram do̅
et reputatum est
ei ad iustitiam
dixit autem ad eum
ego ds̅ sum qui edu-
xi te de regione
chaldaeorum ut
dem tibi terram

15, 7—12.

hanc ut heres hu-
ius eris.
Et dixit dominator dm̅e se-
cundum quid sciam
quia hereditas illa
dixit ds̅ ad abram
accipe mihi uaccam
trimam et capram
trimam et arietem
trimum et turtu-
rem et columbam
haec accepit et diuisit
in medio et posuit
contra faciem alterum
alteri. Aues autem non
diuisit.
Et descenderunt a-
ues supra corpora
quae diuisa erant
et consedit illis abram
circa solis occasum
pauor inruit in abram
et ecce timor tenebrosus
magnus incidit ei
. . . .
. . . .
. . . .

1*



I Reg. (I Sam.)

1, 14—18.

ad eam puer heli
usque quo inebria-
ta es. Circumcide ui-
num tuum et disce-
de a faciem dm̄i. Et
respondit anna et
dixit non dm̄e ne
mulier dura dies e-
go sum et uinum
et ebrietatem non
bibo. Sed effundo a-
nimam meam coram
dm̄o. Ne des ancillā
tuam in filiam pesti-
lentiae. Quoniam
ex multitudine tri-
bulationis meae ego
extendi manus me-
as usq' nunc et re-
spondit eli et dixit ad
illam. Vade in pace et
ds̄ israel det tibi om-
nem petitionem tuā
quam petisti a dm̄o
et dixit inueniat an-

1, 18—21.

cilla tua gratiam an-
te occulos tuos et abit
mulier in uiam suam
et intrauit in hospitiū
et manducauit cum
uiro suo et bibit et
uultus eius non con-
cidit amplius. Et ante
lucem surrexerunt
et adorauerunt dom̄
et abierunt uiam suā
et intrauit helcana
in domum suam in ar-
mathe et cognouit
annam uxorem suā
et rememoratus eius
dm̄s. Et concepit
et factum est in tem-
pore dierum et pepe-
rit filium et uoca-
uit nomen eius sa-
muel dicens quoniā
ex dm̄o dō sabaot om-
nipotente peti eū
et ascendit homo

I Reg. (I Sam.)

1, 21—24.

helcana et tota domus
eius sacrificare in
selom sacrificium
dierum et uota sua
et omnes decimas ter-
rae suae et anna non
ascendebat cum eo di-
xit enim uiro suo
don*ec adscendat pu-*
er sumpserit lactem fe-
ro eum ante faciem
dmi ut manet ibi sempi-
ternum. Et dixit ad eam
helcana uir eius fac
quod bonum est in
conspectum tuum conse-
de donec perlactes pu-
erum et precor ut dms det
quod exiuit de ore
eius. Et mansit mulier et lac-
tauit filium suum do-
nec soluitur eum a
lacte et assumpsit se-
cum in selom cum

1, 24 28.

uitulo trimo et pani-
bus et farina similag-
onis et amfora uini
et intrauit in domum
dmi in selom. Et puer
cum eis. Et addux-
erunt eum in con-
spectu dmi et immolauit
pater eius hostiam
dierum quam facie-
bat ex diebus in die-
bus dmi. Et adduxit
puerum et occidit ui-
tulum. Et adduxit
anna mater puerum
ad eli et dixit respi-
ce me domine uiuat
anima tua ego sum
mulier quae adstabat
coram tibi orare
dm. Pro puero hoc
oraui et petitionem
meam quam oraui
dedit dms mihi

I Reg. (I Sam.)

1, 28; 2, 1—5.

do eum dm̄o omni-
bus diebus uitae qui-
bus uiuit cum dm̄o
et dixit anna confir-
matum est cor meum
in dm̄o meo. Exaltatum
est cornum meúm in
dm̄o meo. Dilalatum
est super inimicos me-
os os meum. Laetor
in sanctitate tua dm̄e
quia non est sanctus
sicut tu dm̄e. Et non
est iustus sicut deus
nolite gloriari et
nolite loqui excelsa
non exiret magnum
uerbum ex ore ues-
tro quia deus est
qui praeparat inuentio-
nes eius et arcum po-
tentium infirmum fecit
et infirmos praecin-
xit uirtutem
pleni panib' minora

2, 5—10.

fuerunt et esurientes
transierunt terra
et sterilis peperit septē
et cui erant fili infir-
mata est. Dm̄s morti-
ficat et uiuificat. De-
ducet in inferno et re-
ducet. Dm̄s facit pauperes
et locupletat. Humi-
liat et exaltat et sus-
citat a terra pauperē
et de stercore exaltat
inopem ut sede-
ret inter potentí-
bus et sedem glori-
ae haeriditabit eis
qui dat orationem o-
ranti, qui benedixit an-
nos iustorum quia non
uirtute sua potens uir
dm̄s infirmum faciet
aduersarium eius
dm̄s sanctus non
glorietur sapiens in
sua sapientia nec diuis

I Reg. (I Sam.)

2, 10—12.

in sua fortitudine
ne glorietur diues
in diuitiis suis set aut
gloriatur in dmo glo-
rietur scire et intel-
legere dom facere
iudicium et iustiam
in medio terrae. Dms
ascendit coelos et to-
nuit ipse iudicat usq'
ad extrema terrae
quia iustus est et
dat uirtutem regib'
nostris et exaltabit
cornum xpi sui
et reliquit ibi puerum
ante dom et abit in
armathem. Et puer
erat seruiens dmo
ante faciem eli sa-
cerdotis et filii he-
li erant filii pestilen-
tiae et nescientes
dom. Et iustificatio-
nem sacerdotis a po-

2, 13—15.

pulo omni qui sacri-
ficabat et ueniebat
filius sacerdotis quo-
modo cocta erat caro
et angaco tridens erat
in manu eius et mit-
tebat ea in caccabu
magnum aut in aere-
um aut in ollam om
ne quodcumq' ascen-
debat in ara ancone
sumebat ipsi sacer-
dos. Secundum haec
faciebant omni po-
pulo israel qui ue-
niebant sacrificare
dmo in selom.
Et priusquam im-
molaretur adeps ante
dom ueniebat fili-
us sacerdotis et dice-
bat homini qui sacri-
ficabat da carnem
ut assem sacerdoti
et non accipio coct-

I Reg. (I Sam.)

3, 10—14.

sicut semel et bis. Et
dixit samuel loquere
quia audit seruus tuus
et dixit dm̄s ad samuel
ecce ego uerba mea
facio in israel et om-
nes audientes ea ue-
nient ambae aures
eius. In die illo quo
suscitabo super eli
omnia quae locutus
sum de domo eius
et incipiam et perfi-
ciam et praedixi ei.
Quia ego faciam uin-
dicta de domo eius us-
que in aeternum
propter iniustitias
filiorum quas
ipse sciuit quoniam
maledicebant dm̄ filii
eius et non corrip-
iebat eos. Et ideo sic
iuraui domui eli non
enim dimittetur ini-

3, 14—19.

quitas domui eli in in-
censo et sacrificiis
usque in aeternum. Et
dormiuit samuel us-
q' in mane. Et surre-
xit temerate et aperuit
ianuas templi dm̄i. Et
samuel timuit refer-
re uisum elí. Et dixit
eli ad samuel. Samu-
el fili. Et ille dixit ecce
hic sum ego. Et dixit
eli quod est uerbum
quod factum est ad te
noli abscondere a me
uerbum et omnibus
uerbis quae dicta sunt
ad aures tuas haec fa-
ciat tibi ds̄ si absconde-
ris a me. Et indicauit
samuel eli omnia uer-
ba et nihil celauit ei.
Et dixit eli dm̄s est ipse
quod placuerit in con-
spectu suo faceret. Et

I Reg. (I Sam.)

3, 19—21; 4, 1.

magnificatus est samu-
el et erat dms cum
eo et nihil cecidit
ab omnibus uerbis
eius in terram. Et cog-
nouit omnis populus
israel ab dan regio-
nem usque bersabe
quoniam fidelis est samu-
el in profetam dmi.
Et addidit dms mani-
festari in selom quo-
niam reuelatus est
dms samuel. Et cre-
ditum est samuel. Et
factum est profetam
dmi in omnem popu-
lum israel ab initiis
terrae usque in fines
terrae. Et erat eli se-
nex ualde et fili eius
abientes abierunt.
Erant enim maligna
uia eorum coram
dmo. Et factum est

4, 1—3.

in diebus illis et congre-
garentur alienigenae
ad pugnam aduersus
israel et exiit israel
obuiam eis ad pugnam
et castra posuerunt
in abenneser. Et ali-
enigenae castra ha-
buerunt in apheac. Et
constituerunt pug-
nam aduersus israel
commiserunt. Et
declinauit pugna et
uictus est uir israel
ab alienigenis et uul-
neratus est et exerci-
tus in campo quatu-
or milia hominum et
uenit populus in cas-
tra et dixerunt maiores
natu in israel quare
percussit nos dms ho-
die coram alienige-
nis. Tollamus arcam
dei nostri ex selon

4, 3—7.

et exeat in medio nos-
trum et liberabit nos
de manu inimicorum
nostrorum. Et misit
populus ad selon et sus-
tulerunt inde arcam
dmi ubi sedebat in cheru-
bin. Et ambo fili helie cum
arca dei ibant ophne et
phinees. Et factum est
ut ueniret arca dmi in
castris exclamauit
omnis israel clamo-
re magno. Et reso-
nauit terra. Et au-
dierunt alienige-
nae uocem clamoris
et dixerunt quid hic cla-
mor permagnus
in castris hebreorum
et cognouerunt arca
dmi uenisset in cas-
tris. Et timuerunt ali-
enigenae et dixerunt

4, 7—10.

dii hebraeorum uene-
runt ad eos in castra
uae nobis. Liberare nos
dme de hodie quia non
est sic factum heri
et nudiustertius uae
nobis. Quis nos libe-
raret de manu illorum deorum
fortiorum. Hi qui per-
cusserunt aegyptum
in omni plaga in deser-
to. Sed confortamini
et sitis uiri alienige-
nae ne seruiete ebrae-
is sicut hi seruierunt
nobis. Et estote uiri
et expugnate eos. Et ex-
pugnauerunt. Et defecert
uiri israel a conspectu ali-
enigenarum. Et fugit unius-
quisque in tabernacu-
lum suum. Et facta est
plaga magna ualde
et ceciderunt ex israel
XXX milia uirorum

4, 11—14.

et arca dei sublata est
et ambo filii eli mortui
sunt ofni et pinees
et cucurrit uir iem-
neus de acieb' eli et
uenit in selom in illa
die. Et uestimenta
eiūs erant conscissa
et ferebat super caput
eius et uenit. Et ecce
eli sedebat in sellam
suam ad portam et ex-
plorabat ad uiam quia
erat cor eius sollicitum
pro arca dei. Et homo
intrauit nuntiaret
in ciuitatem et ex-
clamauit ciuitas et
audiens eli ibi uocem
clamans et dixit
quis clamor uocis huius
et homo properans in-
trauit et nuntiauit
eli. Et eli nonaginta
annorum erat et

4, 14—18.

oculi eius intenti ni-
hil uidebant et dixit
heli uiris circumstan-
tibus quis est uox et
sonitus. Qui uenit homo
properans intrauit
ad heli et dixit illi ego
sum qui ueni de castris
et ego fugi de acie ho-
die et dixit eli quid
factum est fili. Et res-
pondit puer et dixit
fugit uir israel a facie
alienigenarum
et facta est plaga mag-
na in populum et am-
bo filii tui mortui sunt
et arca dei capta est
et factum est cum
memoratus est de ar-
ca dei cecidit supinus
contra portam et con-
tritum est dorsum e-
ius et mortuus est quia
homo senex et grauis

I Reg. (I Sam.)

6, 3—6.

pro tormento donum
et tunc sanieritis. Et
propter quod in nos erit
ne ab uobis rediet manus
eius a nobis. Et dixer̄t
quid pro tormento ita-
q'ae (!) [hi] hoc redamus ei
et responderunt di-
centes secundum nu-
merum maiorum
alienigenarum anus
quenas aureas faci-
amus quoniam tormen-
tum fecit super nos et
principes nostros et
populum set et mures
aureos aequales muri-
bus qui disperdunt
terram et similitu-
dinem anuum uestra-
rum facite. Et date dm̄o
honorem quia eleuet
manum suam a uobis
et a diis uestris et a ter-
ra uestra. Et quare gra-

6, 6—9.

uatis cor uestrum si-
cut grauauit aegyptus
et farao cor suum nū-
quit non postquam per-
cussit eos dereliquer̄t
eos et abierunt. Et nu-
nc sumite et facite ue-
hiculum nouum et du-
as uaccas primi partus
sine uitulis suis iun-
xite ad uehiculum et
reducite filios eorum
ab eis domum et accepi-
etis arcam et inpone-
tis eam in uehiculum
et uasa aurea reddite
ei pro tormento et po-
nite praemium bercas
ad latus eius et prae-
mitte eam et ibit. Et ui-
debitis si uiam orbitae
suae ibit contra betsa-
mys. Ipse enim dm̄s fecit
uobis mala haec magna.
Et si non abierint scientes

6, 9—13.

quia non manus eius te-
tigit nos set casus con-
tigit nobis. Et fecerunt
alienigenae sic et acci-
perunt duas uaccas pri-
mi partus et iunxerunt
eas ad uehiculum et ui-
tulos earum incluserunt
domi. Et inposuerunt arcam
dmi in uehiculum et
praemium bercas et mu-
res aureos et duxert
uaccas in uiam betsamis
rectam et in orbitam
uiderunt et ingredie-
bant et non declinabant
nec ad dextram nec ad
sinistram. Et reguli
alienigenarum abierunt
post eam usque in fini-
bus betsames. Et qui in bet-
sames erant meterunt
triticum in uallem
et leuauerunt oculos su-
os et uiderunt arcam dmi.

6, 13 15.

et laetati sunt in obui-
am eius. Et uehiculum
intrauit in agrum osee
qui erat batsamis. Et
stetit eam ibi circa lapi-
dem magnum. Et consci-
derunt ligna uehiculi
et uaccas super eum in ho-
locaustum dmo *et leuitae*
retulerunt arcam dmi
quae cum arca erant
uasa aurea quae cum ea erant
et praemium bercas
et miserunt in lapidem
magnum in holocau-
stum et sacrificia fecerunt
uiri autem betsamis illa die
dmo. Et quinque reguli
alienigenarum uiderunt
redierunt in asca-
lon in illa die et githeae
anus aureae quae red-
diderunt alienigenae
pro tormento donu dmo

I Reg. (I Sam.)

9, 21—24.

saul et dixit eis non filius
iemenei ego sum et de mi-
nima tribu israel et cog-
natio mea minima est om-
nibus cognationibus
cognatio beniamin et
in quid locutus es ad me
secundum hoc uerbum.
et accepit samuel saul et
puerum eius et induxit
in hospitium et con-
stituit illis locum inter
primos inuitatos qui era-
nt ferre septuaginta uiri
et dixit samuel coquo da
mihi partem quam dedi
tibi et dixi uiro ponere
eam aput te. Et leuauit: coli-
phium coctum et posuit
eum ante saul et man-
ducauit saul. Et dixit sa-
muel ecce reliquum po-
ne ante te et manduca
quoniam in testimoniū
positum tibi est a populo

9, 24—27; 10, 1.

carpe et manducauit
saul cum samuel in illa
die. Et descenderunt de bama
in ciuitatem et deduxit
saul in domo et dormit
et proxima die et factū
est cum ascenderet lux
uocauit samuel saul in
domum dicens exsurge
et dimitto te. Et exsurrexit
saul. Et exiuit ipse et
samuel inde. Et descen-
derunt in loco summo
ciuitatis. Et dixit samuel
ad saul dic puero ut tran-
*seat ante nos. Et tu persis-
te in hora hoc hodie et
exaudi uerbum dm̄i et accepit*
samuel uas olei et super-
fudit super caput eius
et osculatus eum et
dixit ei unxit te dm̄s
in principem super po-
pulum suum israel et tu
regnabis in populo dm̄i

I Reg. (I Sam.)

10, 1—3.

et saluabis eum de manu
inimicorum suorum qui
sunt in circuitu. Hoc
erit tibi signum quoni-
am unxit te dms super
hereditatem suam in prin-
cipem. Cum abieras a me
hodie inuenies duos ui-
ros ad monumentum rachel
in finibus beniamin
reluctantes hic et salien-
tes magnum et
dicent tibi inuentae a-
sinae tuae quas et ie-
ras quaerere et ecce
pater tuus multi solli-
citus in uerba asinarum
et sollicitus est de uo-
bis dicens quid faciam
de filio meo et ibis in-
de et uenieris inde ad
arborem thabor alec-
tae et inuenies tres
uiros ascendentes at
dm in betel unum

10, 3—7.

ferentem tres hedos
et unum ferentem tria
canistrea cum panibus
et unum portantem utre
uini. Et rogabunt te pace
et dabunt tibi duas tri-
um panum et accepies
ea a manu eorum et post
haec intraris in collem
dei ubi est resuscitatio
alienigenarum et fiet
cum ueneris ibi in ciui-
tate obuiam ires cohortem pro-
phetarum descenden-
tium de collo et ante
eos cimbala et tympana
et tibia et cithara. Et ip-
si hi prophetauerunt. Et in-
siliet in te spiritus dmi.
et prophetabis cum illis
et conuerteras in uiru
alium cum uenerint
ergo haec signa super
te fac omnia quaecumque
inuenerit in manus tuas.

I Reg. (I Sam.)

10, 16—20.

tae sunt asinae. Uerbū
autem regni non indi-
cauit ei. Et praecepit samu-
el omni populo conue-
nire ad dom̄ in massepat
et dixit at filios israel
haec dixit dm̄s ds̄ israel
ego adduxi filios israel
ab aegypto. Et eripui u-
os de manu farao regis
aegypti. Et de manu om-
nium regum qui tribula-
uerunt uos. Et uos hodie sprae-
uistis deum qui est ues-
ter liberator et salua-
tor ex omnibus malis
uestris et de tribulatio-
nibus uestris. Et dix-
istis non sed regem con-
stitue super nos. Et
nunc estote ante dom̄
secundum tribus uestras
et secundum familias ues-
tras. Et adduxit samuel
omnes tribus israel

10, 20—24.

et sortiti sunt. Et exiit
sors tribus beniamin.
Et accessit tribus benia-
min secundum cogna-
tiones. Et exiit sors cog-
nationis mattharin. Et
adduxit cognationem
matharin per singulos
uiros. Et exiit sors saul
filius chis. Et quaerebant
eum et non inueniebant
et interrogauit samuel
adhuc in dm̄o an uenturus
esset illo saul. Et dixit dm̄s
ecce absconsus est hic
inter uasa. Et excurrit
samuel et accepit eum
inde. Et ecce stetit in me-
dio populi. Et exaltatus
est super omnem popu-
lum ab umeris et supra.
Et dixit samuel ad omnē
populum si uidistis quē
elegit dm̄s quoniam ne-
mo est similis illi in om-

I Reg. (I Sam.)

10, 24—27; 11, 1.

nibus uobis. Et cognouit
omnis populus et dixerunt
uiuat rex. Et locutus est
samuel at populum ius-
titiam regni et scripsit
in libro et posuit ante
dom̄. Et dimisit samuel
omnem populum et a-

biit unusquisq' in locū
suum et salutauit domū
suum in collem. Et abiert̄
fili potestatum equorū
tetigit dm̄s praecordia.
Fili pestilentiae et dixe-
runt quemadmodum
hic nos saluos faciet. Et
spernantes contemp-
serunt eum et non at-
tulerunt ei munera.
Et factum est quasi post
mensem ascendit
naas amanites et pug-
nauit aduersus iabes gala-
ditum. Et dixerunt om-
nes uiri iabis galaditū

11, 1—5.

ad naas amanitem dis-
pone nobis testamen-
tum et seruiemus tibi
et dixit ad eos naas ama-
nites in hoc disponam
uobis testamentum ut
effodiam uobis omnib'
occulum dexterum et po-

b
nam in oprobrium in isra-
el. Et dixerunt ei uiri
iabis sustinere nobis septē
dies et mittemus nun-
tios in omnem regio-
nem israel. Et si non
fuerit quid reget nos
exiemus ad uos et ue-
nerunt nuntii in collē
saul et locuti sunt
haec uerba ad aures po-
puli. Et leuauerunt om-
nis populus uocem eius
et plorauerunt et ecce
saul ueniebat mane ab
agro et dixit saul quid
est illic quod plorantur

I Reg. (I Sam.)

11, 5—9.

et locuti sunt ei uerba uirorum iabes et transiliuit spiritus dmi in saul cum audiuit haec uerba et iratus factus est super eos iracundia magna et accepit duas uaccas et demembrauit illas et misit in omnem regionem israel per manus nuntiorum dicens qui non prodierit post saul et post samuel sic facient bubus eius et decidit pauor dmi in populum israel et clamauerunt quasi uir unus et inspicuit eos in bama omnem uirum israel sexcentia milia et uiros iuda XXX milia. Et dixit nuntiis qui uenerant haec dicetis uiris iabis cras uobis erit salus calescente sole

11, 9—13.

et uenerunt nuntii a ciuitatem et renuntiauerunt uiris iabis et exhilarati sunt et dixerunt uiri iabis cras exietis ad naas et facietis nobis omnem bonum corā uobis et factum est post crastinum die constituit saul populum in tribus agminibus et intrauerit in media castra in uigilia matutina et percussit filios ammon usque dum calesceat dies. Et factum est qui superfuerunt disparsi sunt et non sunt relicti in ipsis tantum duo et dixit populus ad samuel quis es qui dixit quoniam saul non regnabit nobis. Trade nobis homines et interficiemus eos. Et dixit saul

I Reg. (I Sam.)

14, 12—15.

bat uerbum. Et dixit io-
natam ad eum qui por-
tabat arma eius adscen-
de post me quoniam tra-
didit dm̄s eos in manum
israel. Et ascendit io-
natha in manibus suis
et in pedibus suis et qui
portabat arma eius post
eum et respexerunt
faciem ionathae et per-
cussi sunt. Et qui porta-
bat arma eius trade-
bat ei a retro facie eius
et facta est plaga prima
fere hominum XX quas
percussit ionatha et qui
portabat arma eius in
sagittis et in fundibolis
et in muculis campi et
factus est timor gran-
dis in castris et in cam-
po alienigenarum. Et
omnis populus qui in
exercitu erat intimes-

14, 15—19

cant qui extermina-
bant israel. Expau̅ert
quia intremuit terra. Et
factus est timor a dm̄o.
et respexerunt explo-
ratores saul in colle be-
niamin et uiderunt
castra conturbata hinc
atque hinc. Et dixit saul
populo qui erat cum eo
respicite et uidete quis
abierit ex nobis at alie-
nigenas et inspexerunt
et non inueniebatur
ionathan et qui portabat
arma eius et dixit saul
at achiam adfer effud. Ip-
se enim ferebat effud
saul hoc die ante populum
israel. Et dum loquitur
saul ad sacerdotem fac-
tus est sonus et clamor
in castris alienigena-
rum et tendebat usque
ad coelum et increscebat

14, 19—23.

et dixit saul ad sacer-
dotem collige manus
tuas. Et exclamauit sa-
ul et omnis populus cū
eo. Et uenerunt usque
ad bellum et ecce gla-
dius uiri super alieni-
genas confusio mag-
gna uehementer et ser-
ui qui erant heri et nu-
diustertius cum alieni-
genis qui ascendeba-
nt in castra conuersi
sunt et ipsi et coeperit
esse cum israel et qui
cum saul et ionathan fue-
runt. Et omnis israel
qui absconsi erant in
monte efraim audiebant
quoniam fugiunt alie-
nigenae. Et ascendide-
runt et ipsi ad eos in
bellum. Et salutauit dms̄
in illo die populum is-
rael. Et bellum hoc erat

14, 23—26.

in bethom. Et israel
erat cum saul fere X mi-
lia hominum et erat pug-
na dispersa in totam
ciuitatem in montem
efrem. Et saul ignoratur igno-
rantiam magnam in illo die
et maledixit populo di-
cens maledictus homo
qui manducauerit panē
usque ad uesperam do-
nec uindicem modo ini-
micum meum. Et non
gustauit omnis popu-
lus panem et omnis ter-
ra prandebat. *Et erat*
apiaria. Et non carpserant
contra faciem uillae
et intrauit populus in
apiaria et abierat lo-
quens. Et non erat qui
conuertebant manum
suam ad os suum quoniā
timuit popululus iurati-

14, 26—30.

onem dmi. Et ionathan
non audiebat patrem
suum adiurantem po-
pulum et extendens sum-
mam partem uirgae re-
gulare quae erat in manu
eius et unxit in fauu
mellis et adplicuit in
manum suam ad os suu.
Et uisi sunt oculi eius.
Et respondit unus de
populo et dixit iura-
tione iurauit pater tuus
populo dicens male-
dictus homo qui man-
ducauerit panem hodie
et defecerit populus. Et
dixit ionathan perdidit
pater meus terram quo-
niam uiderunt oculi
mei quia gustaui modi-
cum mellis huius. Sed-
et manducauerit popu-
lus hodie praedam inimi-

14, 30—34.

corum suo(rum . . . .)
nonne plaga maior (fuisset)
alienigenarum. Et per(cus-)
sit in hoc die de a(lie-)
nigenis ex machmas. Et (in-)
trauit populus ualde et (con-)
spectum erat populus in
predam. Et accepit popu-
lus greges eorum oues
et uitulos et occiderunt
in terram. Et manduca-
uerunt uitulos cum sangui-
ne. Et nuntiauerunt
saul dicentes peccauert
populus dmo mandu-
cauit enim sanguinem.
uitulis. Et dixit saul uol-
uite hoc mihi lapidem mag-
num. Et dixit saul spar-
cite nos in populo et di-
cite illis adducite hoc
unusquisque uitulum
suum et unusquisque o-
uem suam. Et occidite
super lapidem hoc

4, 10—12; 5, 1.

sperat sibi benefici-
um in conspectu
meo conprehendi eum
et occidi eum in sicelag
qui oportebat dare poenā
*dignam boni nuntii set
maligni uiri,* qui occi-
distis uirum iustum
in domo sua in lecto
suo. Et nunc inquiram
sanguinem eius de ma-
nus uestras et exter-
minam uos a terra
et praecepit dauit pu-
eris suis et occiderunt
eos et consciderunt
manus eorum et pedes
eorum. Et suspendert̄
desuper montem in-
ferebunt. Et caput enim
isboset sepelierunt in
sepulcrum abenner fili
ner in chebron. Et con-
uenerunt omnes tri-
bus israel ad dauit in

5, 1—6.

cebron dicentes ecce
nos ossa tua et carnes
tuae sumus heri et nu-
diustertius cum esset
rex saul super nos tu
eras qui ducebas et
introducebas populū
israel. Et dixit dm̄s tibi
tu pascis populum meū
israel. Et tu erit rex su (!)
super israel. Et uenert̄
omnes presbyteri isra-
el ad regem dauit in ce-
bron. Et disposuit illis
rex dauit testamentū
in cebron in conspec-
tum dm̄i. Et unxerunt
dauit regem super
omnem israel. Et abit
rex et omnes uiri eius
in hierusalem ad iebu-
saeum qui habitabat ter-
ram. Et dixerunt dauit
non intrauerunt
quoniam resistunt cae-

II Reg. (II Sam.)

5, 6—11.

ci clodi dicentes non
intrabat hac domus et
conprehendit dauit
fines sion dicens
haec est ciuitas dauit
et dixit dauit in die illo
omnis qui percutteret
iebuseum occidet clo-
dos et caecos et omnes
qui oderunt animam
iustam dauit. Propter
hoc dicent caeci et
clodi non intrabunt
in domum dmi. Et se-
dit dauit in omnem regio-
nem sion et uocata est
haec ciuitas dauit et
aedificauit in propin-
quitatem *ipsam et in cir-*
cuitu suae. Et posuit do-
mum suam. Et abit da-
uit ingrediens et mag-
nificabatur. Et dms
omnipotens cum ipso
erat. Et misit thyra

5, 11—16.

rex tiri nuntios at da-
uit et trabes cedrinas
et fabros lignaeos et
structores parietum
et aedificauerunt domum
dauit. Et cognouit dauit
quoniam praeparauit
eum dms in regem su-
per israel. Et quoniam exalt-
auit regnum eius supra
terra israel populum suu
et accepit dauit adhuc u-
xores et concubinas
de hierusalem postquā
uenit a chebron. Et na-
ti sunt adhuc dauit fili
et filiae. Et haec est nomi-
na XVII filiorum
eius qui nati sunt
ei in ierusalem sa-
maet et asebath et na-
tham et solomon et abe-
ar et elisuel et naphech
et afia et elisama et liba
et elipat


II Reg. (II Sam.)

5, 16—20.

et audierunt alienige-
nae quoniam unxisset
dauit in regem super
populum israel et ascen-
derunt omnes inqui-
rere dauit. Et audiuit
dauit et ascendit in
pontem sionem. Et alie-
nigenae uenerunt
et inrueruntur in ualle
titanorum. Et consul-
tauit dauit rex dom di-
cens si ascendam ad
allofilos trades eos
in manum meam
et dixit dms ad dauit as-
cende quoniam tra-
dens tradam allo-
filos in manum tuā
et uenit dauit ad sum-
mo conscidens. Et con-
scidit eos ibi et dixit
dauit conscidit dms
inimicos meos in con-
spectu meo sicut con-

5, 20—25.

scideretur aquae. Ideo
uocauit nomen loci
illius desuper consci-
dens. Et remiserunt
ibi idola sua. Et sustu-
lerunt dauit et uiri eius
et addiderunt consur-
gentes in eos consciderunt
adhuc allofilos et ascen-
derunt et inruerunt in
uniuersi in ualle tithanorū
et interrogauit dauit
dom et dixit dms
ne ascendere obuiā
eis. Sed egredere ab eis
usque peruenies iux-
ta uallem clautonis(!) et
cum audieris uocem
motionum illarum
clauthon(!) inrunt. Des-
cendes in pugnam
quia tunc prodiet dms
ante et percuttere in
bellum alienigenas
et fecit dauit sicut prae-



II Reg. (II Sam.)

10, 13—18.

eius syrus. Et fili am-
mon uiderunt quoni-
am fugit syrus et fuge-
runt a facie abessa et
intrauerunt in ciuita-
tem et reuersus est
ioab a filiis ammon in
hierusalem et uidert̄
fili ammon quoniam
syrus prostratus est
in conspectum israel.
Et conuenerunt in
unum. Et misit ad ad-
razar et eduxit syrū
qui erant trans flumen
chalama et sabae dux
exercitus adrazar e-
rat ante eos. Et nuntia-
tum est dauit. Et con-
gregauit omnem is-
rael. Et transiuit ior-
dannen. Et uenit cha-
lama. Et conposuit a-
ciem syrus aduersū
dauit. Et pugnauit cū

10, 18—19; 11, 1—2.

illo et fugit syrus a fa-
ciem dauit et occidit
dauit de syrus(!) septingē-
tos equites et XL milia
peditum. Et sobae ducē
exercitus eius mortuit(!)
et mortuus est ibi. Et ui-
derunt omnes reges
qui conuenerunt cum
adrazar quā occidert̄
in conspectum israel
et disposuerunt tes-
tamentum cum israel.
et seruierunt israeli
tribus. Et timuerunt sy-
ri liberare filios ammon.
Et factum est in uertenti
anno in tempore pro-
fectionis regum et mi-
sit dauit ioab et pueros
eius et omnem israel
cum eo et interruerunt
filios ammon. Et obsi-
derunt rabba. Et da-
uit habitabat in hierusalē.

II Reg. (II Sam.)

11, 2—7.

et ad uesperam surre-
xit dauit de cubiculo
suo et ambulauit in por-
ticum domus regiae
et uidit mulierem lauā-
tem per porticum. Et
mulier illa erat speci-
osa ualde. Et misit da-
uit et inquiesiuit muli-
erem. Et dixit non haec
est bersabee filia ela
uxor uriae cethei. Et mi-
sit dauit nuntios et
accepit eam. Et intra-
uit at eam et dormiuit
cum eam. Haec autem
lota erat post purgati-
onem et intrauit in
domo sua et concepit
mulier. Et misit et nun-
tiauit dauit. Et dixit cō-
cepi ego. Et misit dauit
ad ioab dicens mitte
mihi uriam cetthaeum.
Et misit ioab urian at eū.

11, 7—10.

Et uenit urias at dauit
et interrogauit dauit
eum. Et dixit recte est
ioab et recte est popu-
lus et recte est exer-
citus belli. Et dixit uri-
as omnes rectae sunt.
Et dixit dauit urias
descende in domum
tuam et lauare pedes
tuos et exiit urias de
domo regis et exiert̄
post eum protectores
regis. Et dormiuit uri-
as in portam domus re-
gis cum omnibus ser-
uis regis domini sui
et non descendit in
domum suam, Et nun-
tiauerunt dauit dicen-
tes non descendit
urias in domum suā
et dixit dauit at urian
non tu de uia uenisti
quid est hoc quod non

II Reg. (II Sam.)

11, 10—13.

descendisti in domū
tuum et dixit urias
ad dauit arca dmī et
israel et iudas habi-
tant in tabernaculis
et dominus meus ioab
et serui domini mei
in faciem campi requi-
escent et ego inuadā
in domum méam man-
ducari et bibere et
dormire cum uxorem
meam iuro per uitam
animae tuae si feceram
hanc rem et dixit dauit
at uriam redi hic et ho-
die et cras dimittam te
et sedit urias in hieru-
salem in die hac et al-
tera die et uocauit eum
dauit et manducauit
et bibit coram dauit et
inebriatus est et da-
uit misit domo sed dor-
miuit in lecto cum pue-

11, 13—18.

ro domini sui in domū
autem suam non de-
scendit et factum est ma-
ne et scripsit dauit li-
bellum ad ioab et misit
per manum urias et
scripsit in libello dicens
trade urian in pugnā
ualidam ut moriatur
et factum est cum ob-
sidit ioab ciuitatem amo-
nae misit urian in lo-
cum pessimum ubi scie-
bat quia uiri fortes e-
rant et exierunt uiri
ciuitatis et pugnauerunt
cum ioab et caecidit io-
ab de populo secundū
praeceptum dauit et
mortuus est urias hetaeus
et misit ioab et nunti-
auit dauit omnia uerba
proelii et praecepit nun-
tios dicens nuntiate regi
omnia uerba belli loquens
ad regem

13, 13—16.

ueni et exiro pro
ignominia mea et
tu eris tamquam unus
ex insipientibus ig-
nominibus in israel et
